



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>

Coloniae Agrippinae, 1614

Modus absoluendi tempore Iubilaei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

rum superfluum adiectione proferenda. Priora ad absolutionem ab excommunicatione, quam supra documento L. I. præmittendam diximus, pertinent, suntque ita generatim efferenda sine restrictione ad hanc aut illam excommunicationis formam.

Oratio absolutioni subiungenda.

Pafsio Domini nostri Iesu Christi, & merita sacratissimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, quidquid boni egeris, & mali patienter sustinueris cedant tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiæ, & premium vitæ æternæ, Amen.

Modus absoluendi tempore Iubilæi, quando datur facultas absoluendi à censuris.

Miseriatur tui omnipotens Deus, &c. Deus noster Iesus Christus, &c. vt supra. Et ego auctoritate mihi ab eo concessa, & ex commissione Apostolica absoluo te ab omni vinculo excommunicationis, & ab omnibus Ecclesiasticis censuris, si quas incurristi, & restituo te sacramentis Ecclesiæ, & fidelium. Deinde eadem auctoritate te absoluo ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S.

NOTATIO.

Nouerint hîc confessarij, quod quando in bullis Pontificijs

K 3

tificijs

tificijs datur facultas absoluendi ab omnibus censuris, sed nihil idcirco posse in causis irregularitatis, nisi id quoque specialiter expressum & permissum eis fuerit.

*Modus absoluendi à maiore excommunicatione
in foro conscientiaë.*

Ego facultate mihi cōcessa absoluo te à vinculo excommunicationis maioris quam incurristi (*hic exprimaturs causa, ob quam est excommunicatus*) & restituo te sacramentis Ecclesie & communioni fidelium in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Quod si plures sunt causæ ob quas est quispiam excommunicatus omnes in absolute sunt exprimendæ, alioquin à solis expressis censetur absolutus.

Atque hic Sacerdos eorum meminisse debet, quæ supra numero XXVI. obseruanda diximus circa eum, qui in articulo mortis est constitutus, & ad instantiam alicuius excommunicatus.

*Modus absoluendi ab excommunicatione maiore
in foro externo, cum à iudice sacerdoti potestas
eam impendendi conceditur.*

1. Vt ea potestate rectè vtatur, primùm excommunicato iniungat, vt deinceps legibus Ecclesie & superiorū decretis obtemperet. Deinde in genua procumbere iusso, testibusque, si opus est, adhibitis Psalmum, Miserere, aut alium ex poenitentialibus recitet: quo finito, subiungat.
- 2.

Kyrielei-